

per g, moueaturq; ipsa regula circa d, quoad ex d, in f, fiat æqualis ei, quæ est ex e, in g, rectæ lineæ. Ipsa videlicet circūferentia a b c e d, secta p regulam sup d, signo motam, ita vt d f, sit æqualis ipsi e g. Aio igitur q; duæ rectæ lineæ c g, a f, sint ipsarū a b, b c, mediæ proportionales. Nam d f, æqualis est per cōstructionem ipsi e g, atq; vtriq; ipsarū d f, e g, cōmuni addita d e, igit e f, æqualis erit ipsi d g. Ergo quod fit sub d g, g e, rectangulū æquale est ei qd' sub e f, f d, fit rectangulo, Sed p ppositionē xxxvi, libri, iiii, elemētorū Eu, ei quod fit sub d g, g e, rectangulo, æquale est id quod fit sub b g, c g, rectangulū. Nam vtrūq; est æquale quadrato rectæ contingentis a g, puncto ad circulum a b c e d, actæ. Pariq; ratiōe quo fit sub e f, f d, æquale est ei qd' fit sub b f, f a, rectangulum. Igitur quod fit sub b f, f a, æquale est ei quod fit sub b g, g c, rectangulo. Atqui per propositionē xiiii, libri vi, elemētorū eorundē Eu, Aequiangulorū & æqualiū parallelogrammorū mutua sunt latera, quæ circa æquales sunt angulos, igitur ut est b f, ad b g, ita c g, ad a f, atqui vt b f, ad b g, ita f a, ad a d, & a b, ad c g, vt igitur f b, ad b g, ita a b, ad c g, & c g, ad f a, & f a, ad a d, duabus ergo rectis lineis datis a b, b c, inuētæ sunt binæ mediæ proportionales c g, f a, quod oportebat efficere.

**ALITER** vt Apollonius Pergeus & Heron in mechanicis institutionib⁹. Inter datas duas rectas lineas, medias duas cōtinue pportionales inuenire, Sint datae duæ rectæ lineæ a b, b c, ponāturq; ad b, rectū cōpræhēdere angulum cōpleaturq; b d, parallelogrammum coniunganturq; a c, b d, diagonii qui se ad e, signū bifariam secabunt. Et producātur a b, b c, in f g, & per d, punctum accōmodeit appliceturq; recta linea f g, ita vt e f, æqualis sit ipsi e g. Id autē facile construetur adminiculo regulamenti habentis in medio callum quendam acuminatum, quo merfo intra d, pūctum, atq; circini pede vno ad e, signū defixo, altero vero ad f g, signa circūlato, ipso etiam regulamento sursum deorsumq; moto facile explorari poterit si e f, e g, rectæ lineæ æquales fuerint. Sint igitur æquales. Tum aio ipsarū a b, b c, rectarum linearū binas medias esse proportionales c g, a f, ducatur itaq; ab e, in b c, rectam lineam perpendicularis e h, Et